

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Sebastian Schmidt Fridericus Lucius

Disputatio Theologica De Primitiis Resurrectionis, Christo. Ex. I. Corinth. XV. v.20

...

Argentorati: Pastorius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788065947>

Druck Freier  Zugang



75.



Fa - 1092(75)

o75.

Tome hoc. **XXVIII** continentur.

1. Sch. Schmidii Commentarie in L Ep. Iohannic §. 1688.
2. — Anal. et Paraph. Epistole Iacobi Argent. 1685.
3. — De Fide Chosica circa Myst. SS. Trinit. 1654.
4. — De Deletione e libro Vitæ. 1655.
5. — De Instrumentis ad Matt. V. et xxviii. 1663.
6. — Invectivum Chish in Phansacor Dicitu Matt. xxv. 1661.
7. — De Didrachmis à Christo Politic. 1663.
8. — Fides miraculosa. 1680.
9. — De Fide à Christo artefacta. 1662.
10. — De Olenito. 1663.
11. — ad locum Jo. VIII, 25. 1661.
12. — ad locum Jo. VIII, 47. 1661.
13. — Resolutio brevis Cap. IX ad Rom. 1658.
14. — De Primitiis Resurrectionis Christo. 1666.
15. — De Baptismo Super Mortuis. 1656.
16. — De Angelis in genere. 1662.
17. — De Pectato Originis. 1657.
18. — De liberi Hom. Arbitrio in Spiritualib. 1658.
19. — De libero Hom. Arbitrio in non Spiritualib. 1657.
20. — Thesis Theologicoes. 1661.
21. — De Imputatione in opere Iustificat. 1656.
22. — De Pharsi induare et exciare. 1655.
23. — De Ecclesiæ Catholicismo. 1657.

24.

- * 24. Sebast. Schmidig de Duaby circa Sagam. Cimmeij.
Propositionib. 1654.
25. —. De statu Beatorum in Vita eterna. 1675.
26. —. De Obligatione Form. Concordie. 1680.
27. —. Tractat⁹ Talmud. Sebastianus cūsmot. 1662.
28. Igo. Trissim⁹ De Circumcisione Zppone. 1663.
29. —. De Eli Uli Lamah Sabatani. 1663.
30. —. An Christus Agnus Paschalem eodem cum Ind. tem-
pore edidit. 1674. ^{Tulio}.
31. Balthasar Raithig de Cabala. 1662.
32. Guilielm⁹ Bajer de Præda Robusto eresta Inscip.
33. Igo. Fichti Propositio Oraculi Yaiani LIII Argent. 1662.
34. Balth. Scheid de Protevangelio. Argent. 1650.
35. —. Ionac Propheta copositus - 1665.
36. —. Kikajon Ionæ. 1653.
37. —. ad caput ultimum Ultimi Propheta. 1664.
38. Lud. Henric⁹ Munsteri Animalia ex Verita-
tis. 1687.
39. Zentgraff prodr. de loquid Deum dicit. 1677.
40. Georgi Calixti Propositio rituralic t̄p̄iphisior.

Pro M. Igo Philippo Storio
1696. Scilicet.

I. N. D. N. I. C.
 Disputatio Theologica
 DE
PRIMITIIS
RESURRECTIONIS,
CHRISTO.

Ex I. Corinth. XV. v. 20.

Απαρχὴ τὸν κενομοιησάντων ἐγένετο (χριστός)

Quam

Deo adjuvante
 sub
 Ductu & Præsidio

V I R I

Plurimum Reverendi, Amplissimi atq;
 Excellentissimi

DN. SEBASTIANI SCHMIDII,
 SS. Theol. Doctoris, ejusdemq; Professoris Publici,
 Templi Cathedralis Ecclesiastæ, & h. t. Collegij Theologici De-
 cani spectabilis. Domini Patroni, Promotoris ac Præceptoris sui piè
 ac observanter colendi, venerandi.

In Alma Argentoratens. Universitate Publico Eruditorum
 Examini submittit.

FRIDERICUS LUCIUS, Homb. Wetteravus.

ad d. 23. Mensis Aprilis horis locoq; solitis.

in Auditorio Majori:

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS PASTORII, M DC LXVI.

B. G.

30.

29.

28.

33.

31.

2.

3.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

1.

15.

1.

9.

4.

SERENISSIMÆ AC CELSISSIMÆ

PRINCIPIS AC DOMINÆ

DN. MARGARETHÆ
ELISABETHÆ,

Landgraviæ Hassiæ, Principis Hirsfeldensis,
Comitissæ Cattimelibocensis, Deciæ, Zigenhainæ,
Niddæ, Isenburghensis & Budinge &c.
Consiliariis Gravissimis.

V I R I S

Generoso ac Perstrenuo, Nobilissimis Am-
plissimis atq; Excellentissimis,

Dn. EYTELIO GUILHELMO à GEIS-
MAR, Praefecto Aulico & Consiliario intimo:

Dn. JOHANNI STAHLIO, Quæstori
Cameræ Secret. & Consiliario.

Nec non

Clarissimus, Spectatissimus ac q; Experiensissimus,

Dn. Prætori, Consulibus ac Inclito Hombergensi-
um Senatu.

Ita &

Plurimum Reverendio, Clarissimus ac Doctissimus,

Dn. SÉBASTIANO CRATONI, Pastori Gunzenhei-
mensium longè meritissimo.

Dn. PETRO FABRO, Pastori Hombergensi, vigilan-
tissimo.

Dn. CHRISTIANO ZAHNIO, Pastori Seilbergensi di-
nissimo

Dn. GEORGIO EBERHARDO } Scholæ Hombergensium
HECKMANNO, } Præceptoribus fidelis-

Dn. JOHANNI GEBHARDO, } simis.

Dn. Mæcenatibus, Fautoribus, Patronis Promotoribus
ac Præceptoribus.

Hanc Disputationem Theologicam in sui suorumque studi-
rum commendationem dedicat & offerte
Fridericus Lucius, Author & Respond.

30.
29.
28.
27.
36.
31.
2.
3.
2.
2.
2.
2.
2.
15.
1.

30.) 1. (30)

29.

Disputatio Theologica. de

PRIMITIIS RESURRECTIONIS, CHRISTO.

ex I. Corinth. XV. v. 20.

'Απαρχὴ τῶν κεκομιμένων ἐγένετο (Χριστός.)

§. I.

Conscripturi Disputationem Theologicam, quæ disputationis De Resurrec-
dispositus materiam aliquam, pleniorē tractationem tione Christi
exhibit monemur ab ipso tempore, ut de Resurrectione sti agere.
Domini ac Salvatoris nostri Iesu Christi aliquid medite-
monet temporis scriptio-
meditatur hoc, quo hæc scribimus, paschalī tempore: hanc conci-
nentibus laudibus operosè non minus, quam devotè celebrat.
Accedat ergo publicis & solennibus illis Ecclesiæ meditationibus,
& laudibus hæc nostra quoque meditatio laudibus victoriosi Sal-
vatoris devote consecrata.

§. 2. Præeat verò nobis sanctissimus Apostolus I. Corinth. XV. v. 20. άπαρχὴ, inquiens, τῶν κεκομιμένων ἐγένετο (Χριστός:) Primitiū dormientium factus est (Christus) ubi in variis versionibus notatu valde dignum non occurrit; nisi quod non planè dormientia. I. prætereundus Vulgatus Interpres, qui, quando, duo in sermone um dicitur. Apostolico membra connectere voluit, verbum ἐγένετο, factus est, I. Vulgatus planè omisit. Longè melius alii cum Syro, Arabe, B. Lutherio, ita omisit, connexuerunt, ut copulativam supplererint. 2. Nonnulli τὸν ἐγένετο. τῶν κεκομιμένων vertunt in præsenti; Dormientium, vel eorum qui II. κεκομιμένων. Ita Syrus, Arabs, Vulgatus, B. Lutherus; Aliis verò Præ-

A

De qua
1. Cor XV.v.
20. ubi
Christus primitiū ob-
ligum dicitur.
Ibi verò
1. Vulgatus
omisit;
Aliis verò Præ-
mūνων.
Utrique licet varie verti-
nentur.

non procul à se invicem absint, aliquid tamen discriminis virtute verborum saltem inferunt. Nam qui dormiunt in præsenti, eos in præterito obdormivisse, extra omnem controversiam est; sed non vicissim, qui in præterito obdormiverunt, in præsenti ad huc dormiunt. Videri itaque potest, quasi præferenda illorum sit translatio, qui in præterito transferunt; in primis si spectes, quod multi ab initio mundi obdormiverint, qui in præsenti h. e. eo, quo Apostolus scripsit, tempore non amplius dormiverint. Multi namque post resurrectionem Dominicam resurrexerunt, τὰς κεκοιημένας ἄνω, eorum sanctorum, qui obdormiverant Matth.

Matth. XXVII. v. 52. qui sane non iterum mortui sunt. Sed cave, adeo rigorosus sis. Quid enim tandem dicemus de iis, quitempore Apostoli nondum obdormiverant, sed obdormituri post istud tempus erant? Num Christus primitiæ illorum tantum factus est, qui jam obdormiverant, non autem eorum, qui adhuc erant obdormituri? Absit per omnem modum; Nec satis videtur hic commodum, ad consequentiam configere, quod si Christus primitiæ factus sit eorum, qui obdormiverant, etiam factus sit eorum, qui obdormituri adhuc erant, cum alia rem expediendi detur ratio. Nam εἰ κεκοιημένοι. Tempus quoddam indefinitum dicit, quo significantur omnes, quotquot unquam obdormiverint: cui exprimendo propius saltem fuerit participium Præsens Verbi, obdormire h. m. primitiæ obdormientium: vel ipsum verbum præsens cum Relativo; primitiæ eorum, qui obdormiunt; vel Verbum subjunctivi, Eorum, qui obdormiverint. Quanquam ne sic quidem putaverim vim satis exprimi. Nam participium hoc nominascit & significat omnes eos, quorum debitum est, ut veniant inter τὰς κεκοιημένας h. e. in numerum eorum, qui obdormierunt; sive jam reverâ etiam veniant actu in eorum numerum, sive non veniant. Erasmus Schmidius forte hunc sensum in Apostolo observavit, & novâ suâ versione exprimere conatus est, vertens; primitiæ resurrectionis eorum, qui obdormierunt, factus. Possit tamen etiam existimare, quod ambiguitatem quandam tollere voluerit, ne quis putaret, Christum factum esse primitias obdormientium, ratione mortis, ut moriendo eum se quantur: cum reverâ sit factus primitiæ resurrectionis h. e. ut resurgendo eum habeant præeuntem. Sed nos quoque hic non nimis rigorosi erimus.

§. 3. No-

§. 3. Nomen *ἀπόροις* primitiarum, ex Vet. Testamento At desumum est; in quo apud LXX. Interpretes, qui plurali quoque, Vox *ἀπό-* *ροις* utuntur, de primitiis proventuum, in Lege Mosaicâ man- *Χρ̄ις* Primi- datis occurrit. Deducit nos sine dubio ad typum: atque adeo me- arum ex V. T. lius hoc loco exponi, quam ex ipso typo, non poterit. Ita autem desumpta est. Deut. XXVI. vers. 1. seqq. ubi plenius de primitiis frugum, qua- Deut. XXVI rum alibi sepius, sed brevior, sit mentio, mandatum divinum pro. *V. 1.* ponitur; Et erit, quum veneris ad terram, quam Iehovah Deus tuus dat tibi in hereditatem, & hereditariò possederis eam, & habitaveris in eā: tum sumes de primitiis omnis fructus terra, quem importabūs ē terrā, quam Iehovah Deus tuus tibi dat, & pones in calathum, & abibis ad locum, quem elegerit Iehovah Deus tuus, ut habitare faciat nomen suum ibi. Et venies ad sacerdotem, qui erit in diebus istis, & dices ad illum; Annun- tio hodiē Iehovā Deo tuo, quod venerim ad terram, quam juravit Iehovah patribus nostris ad dandum nobis, Et accipier sacerdos calathum ē ma- nu tuā & collocabit illum coram altari Iehovā Dei tui. Tum responde- bis & dices coram Iehovah Deo tuo, Syrus peritus patermeus, & des- cendit in Agyptum, & peregrinatus est ibi cum paucissimis hominibus; & factus est ibi in gentem magnam, validam & numerosam. Et male tra- farunt nos Agyptij, & afflixerunt nos, & imposuerunt nobis servitium durum. Tum clamavimus ad Iehovam Deum patrum nostrorum; & au- dixit Iehovah vocem nostram, & respexit afflictionem nostram, & laborem nostrum, & oppressionem nostram. Et eduxit nos Iehovah ex Agypto manu forti, & brachio extenso, & cum terrore magno, & persigna & pro- digia: Et introduxit nos ad locum hunc, & dedit nobis terram hanc, terram fluentem laeti & melle; Et nunc ecce adduxi primitias fructus terre, quam dedit mihi Iehovah; Et relinques cum coram Iehovah Deo tuo, & adorabis coram Iehovah Deo tuo; Et letaberis in omni bono, quod de- derit tibi Iehovah Deus tuus, & domuituē, tu, & levita, & peregrini- nus, qui in medio tui fuerit. Ita ibi.

§. 4. Non inutile fuerit præcipua, quæ de primitiis Thalmudici habent, adferre. Integrum, brevem tamen, invenimus, Ipsis primi- deis tractatum, בקדושים. Bikkurim, dictum. In hoc 1. quis ad la ex Tal- primitias obligatus fuerit, docetur. Numerantur autem hi mude anno- 1. *Omnis Israëlitæ proprii quid in terra possidens, adferre debuit* tantur. *I.* primitias de fructibus terræ suæ; Sumunt hoc ex verbis Domini, *Quis ad eas* *primi- obligatus*

primitias primorum fructuum terræ tuæ, quæ ita interpretantur, ut dicunt, omnia terræ nascentia, de quibus primitiae dari debeant, esse debere de terrâ tuâ, non de terra alterius. Bikkur. c. 1. mischn.

2. omnis peregrinus seu profelytus aliquid in terra propria possidens, **הָנֶר סְפִיא** profelytus adfert, sc. primitias, dicitur ibid. Mischn. 4. Hinc exclusi fuerunt, 1. qui plantarunt aliquid, sed non in terrâ propriâ, Hi, inquiunt Mischn. 1. non adducunt (primitias) **Q**uis quis plantaverit intra proprium, sed incurvaverit (emileget) in id, quod est alterius privati aut communionis; item qui incurvaverit ex eo, quod alterius privati aut communionis est, in proprium suum; plantans etiam intra proprium, & incurvans in proprium; sed ita ut via privati aut via publica interfirat, non adducere debet; 2. qui vel pro parte fructuum terram alienam laborabant, vel ex terrâ alienâ aliquid rapiebant, Socij in solis fructibus, aut coloni, aut raptore, aut fures, non adducunt primitias. Mischn. 2. Ratio de omnibus eadem est; quia de propriâ terrâ non possunt adducere. II. De quibus fructibus adducendâ fuerint primitiae; Ubi septem tantum species numerantur, Triticum, hordeum, vitæ, ficum, malogranatum, oleum & mel, h. e. palma succum: ut enumerantur ex Talmude Hierosolymitano. Et hac species indicat Babylonicum Biccür. c. 1. Mischn. 3. Non adducunt primitias, nisi de septem speciebus. Fundamentum querunt in eo, quod Dominus in lege dixerit; Et accipies de primitiis omnis fructus terra; non autem omnes primitias. Quod vero dictas septem species elegerunt, sumserunt ex Deuteron. VIII. v. 7. ubi inter laudes terræ Canaan istæ septem species recensentur. Voluerunt tamen, ut primitiae de optimis fructibus adferrentur. Hinc in primitias palmarum, olei, aliorumque fructuum, prohibuerunt adfertre palmas montanas, oleum ignobile, & fructus vallium: Ed quod palmae montanae & fructus vallium non minus essent ignobiles. ibid. si primitiae fuerunt exiguae quantitatis, augmentum addebant, quod vocabant **תֹּמֶס פּוֹת**. Additamentum primitiarum, Addebat etiam **רַוֵּי**, h. e. coronamentum, seu ornamentum de septem iisdem speciebus. cap. 3. Misch. 10. & Ramkam, in gloss. Qui Hierosolymis vicini erant, adducebant recentia omnia; qui remota, sicca. **Vicini** (Hierosolymæ) ait, cap. 3. Mischn. 3. adducunt fructus & uvas, & remoti, caricas & uvas passas. III. Actus adduentium faci-

2.
de quibus
fructibus da
ta.

3.
Actus addu
centium.

5.

faciunt quatuor; separationis, acceptionis, adductionis, & lectionis. sed
paratio 1. est, qua fructus in primitias adferendi destinabantur. De
hac ita cap. III. Mischn. i. *Quomodo separant primitias?* Descendit
homo in agrum suum; ubi si vedit sicum inter primas maturecentem, aut
uvas inter primas maturecentem, aut malogranatum inter prima mature-
scens (&c.) circumligavit junco (aut alio signo.) & dixit; Ecce pri-
mitias. Evidem. R. Schimeon putavit separationem fieri debu-
isse, quando fructus jam collecti essent: sed improbatus est. Hoc
tamen verum est, quod differri etiam separatio potuerit, do-
nec fructus collecti essent. 2. Acceptio est, quâ quis primitias ad-
ducturus è domo sua sumebat, & itineri se dabat; Juxta id, quod
scriptum, *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל*, Et sumes de primitiis omnis fructus terre. Hanc
acceptiōem per se facere solebant, et si per servos aut alios essent
deportaturi Hierosolymam. 3. Adductio est allatio primitiarum
in ipsum templum Hierosolymitanum. Et considerabatur in
primis ratione termini ad quem. *Vbi in montem templi pervenerunt,*
inquit cap. III. Mischn. 4. *Etiam Agrippas Rex suscepit calathum suum su-*
per humerum suum, & ingressus est, usque dum pervenit in atrium, sed ju-
vat totam adducendi rationem ex. cap. 3. Mischa. sequitur appo-
nere. *Quomodo ascendere faciebant (Hierosolymam) primitias?*
Omnes urbes, quæ ad illam stationem pertinebant, congregabantur intra
urbem stationis, & pernoctabant in plateis urbis, nec ingrediebantur
in domos. Manè vero summo, quum surgerent, prefectus dicebat illis,
surgite, & ascendamus Zionem ad Domum Iehovæ Dei nostri. Et bos
precedebat illos, cuius cornua aure obducta, & in cuius capite corona oligo-
na. Tibicen canens precepit etiam donec propè Hierosolymam venirent.
Quumque propè Hierosolymam venerunt, miserunt (nuntium) ante se.
& (interim) coronarunt primitias suas. h. e. in elegantem ordinem
disposuerunt in calathis) *Praefecti vicarij* (Pontificis maximi &
Quæstores (templi) exhibant (ad nuntium) illis obviam. Exhibant
autem juxta honorem, (h. e. numerum) advenientium. Omnes
vero opifices Hierosolymitani assurrexerunt illis, & salutarunt illos
(dicentes) Fratres nostri, viri loci N. veniatis in pacem. Ti-
bicen canere pergebat coram illis, donec pervenirent in montem templi.
In montem templi ubi pervenerunt, etiam Agrippas Rex suscepit calathum
suum super humerum suum, & ingrediebatur, usq; dum veniret in

Ec 3 (tem-

30.

29.

28.

33.

31.

2.

3.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

15.

10.

(templi) atrium. Quando venerunt in (templi) atrium: cum Levi-tæ incepérunt canere; Exaltabo te Iehovah, quia extulisti me, & non fecisti latari inimicos de me. Columbuli, qui super calathis, cedebant in holocausta: Qui verò in manibus eorum, dabantur sacerdotibus. Dum adhuc calathis super humero unicuiusq; legebat inde ab: Annuitabo ho-die Iehovæ Deo tuo, usq; dum absolvit totam sectionem. R. Iehudah (non bene) dicit; usq; ad, Syrus periturus, fuit pater meu; ubi pervenit ad, Syrus periturus fuit pater meus, demisit calathum ex humero suo, & appre-hendebat eum ansis suis, sacerdos autem subjiciebat manum suam sub illū, & moritabat illum. Tum legebat à: Syrus periturus erat pater meus, usq; dū absolvit totam sectionem: tandemq; collocavit ad latas altaris, & incurva-vit se, & exivit. Olim quisquis sciebat legere, legebatur: quicquid autem lege-re non poterat, pro eo legebant alij. Sed quum omittetur et adducere, disposue-runt, ut legerent tam pro iis, qui sciebant legere, quam pro iis qui non scie-bant legere. Divites adducebant primicias suas in calathis argentatis & deauratis: pauperes autem adducebant illas in rasis ex viminibus salignis decorticatis, & tam calathi quam primitia datæ sunt sacerdotibus. Anno-tant autem, quod non omnes legerint; omnes scilicet in quos verba non conveniebant omnia, ut erant, Tutores, & Curatores, Legati, servi, feminæ, obturati, androgyni. Nonnulli etiam addebat pro-selytos: sed melior sententia cum R. Judah, ad lectionem eos ad-mittit. Et ratio notatu non indigna est, quod Abraham pater et-jam gentilium credentium factus sit per promissionem illam; Quia patrem multitudinis gentis dedi te; quam ita exponunt. Antea fui-sti pater Syrorum; Deinceps eris pater omnium gentilium. Nec omittendum hoc est, quod cum primitiis semper aliquid sacrificio-rum adducendum fuerit, quod coram Domino sine sacrificiis com-pareto non conveniebat. Hinc bos coronatus, de quo suprà, qui in pacifica offerendus, & pulli columbini partim in holocausta

4. Tempus allati. Tempus IV, quo primitiæ adducenda ordinarium erat ab ultima die pentecostali, usque ad festum tabernaculorum. Si ante adducerent, non accipiebantur. Cap. I. Mischn. 3. si post, acci-piebantur quidem usque ad Encænia, sed non legebat. Tandem
 5. Sanctitas. V. primitiæ sacerdotibus cedebant, ut res sanctæ: ita tamen, ut in quibusdam casibus, ut suis facultatibus, uti posset. Cap. III. Misch-n. ult.

S. 5. Ita

7.

§. 5. Ita res habebat primitiarum Mosaicarum Veteris
Testamenti: unde patere potest, quod similitudo typica in multis
consistere punctis possit. Nam i. Triplices fructuum constitueba-
tur genus: quorum primum, fructus terrae secundi, ut sic dicam,
hoc est, qui post primos maturescerant: secundum, fructus terrae
primi seu primi omnium maturescentes: tertium, primitiae pri-
morum horum fructuum, seu primitiae primorum. Sequitur hæc
distinctio ex ipsis legis verbis. Nam Deut. XXVI. v. 2. clare di-
citur. *Et sumes טרי מראשׁת omnis fructus.* Vbi non
immerito Talmudici observant, Mem esse partitivum, ut aliquid
de primitiis sumeretur, licet aliter applicaverint. Nos simpliciter
dicimus. Sumptuaria parte primitiarum utique residuum quid primi-
tiarum manebat; Et primitiae in universum partiebantur reli-
quos fructus: quia tria jam fructuum genera habemus. Con-
sentit Exod. XXIII. v. 19. *ראשית בכורו אהפטך* primitias primorum Exod. xxiii.
fructuum terræ adduces in domum Iehova Dei tui. Hic habemus v. 29.
בכורים primos fructus, qui inferunt secundos fructus: ut habemus
primorum fructuum *ראשית primitias*. Applicatio facile dabi-
tur. II. Primitiae primitiarum in templum allatæ lolæ erant san-
ctæ Domino, ita ut sanctificarent reliquos fructus: reliqui vero
fructus sive primi sive secundi per illas sanctificabantur, ut come-
dere cuivis liceret. Quisquis ergo primis fructibus delectabatur,
primitias suas ubi obtulisset, pro omni suo desiderio in reliquis pri-
mitiis deliciabatur, & quibuscumque suis fructibus per totum an-
num fruebatur. III. Primitiae primitiarum Domino offereban-
tur, tanquam quas ipse dedisset e terræ patribus ex singulari gratiâ
promisla, & horum posteritati concessa. Hoc namque est, quod
in suis laudibus & confessione dicebant, primitias afferri terræ,
quam dederit illis fluentem lacte & melle. IV. Primitiae primi-
tiarum cum laudis divinae prolixâ confessione & verâ fidè offe-
rendæ erant. Confessio divinae laudis in his præcipue capitibus
consistebat, ut i. agnoscerent offerentes, suam in primis patribus
miseriam, & statum molestum: *Syrus peritus erat pater meus,* &
descendit in Aegyptum Deuter. XXVI. v. 5 quæ in posteros non Deut. xxvi.
tantum propagata; sed in iis etiam aucta fuit; Et male tractarunt nos v. 5.
Ægypti, & affixerunt nos. & imposuerunt nobis servitium durum, ibid.
v. 6. &c.

30.

29.

28.

33.

31.

3.

2.

2.

2.

2.

9.

4.

10.

15.

1.

¶. 6. 7.

¶. 6 & 7. confiterentur gratiam divinam, tum miseros clamantes exaudientem, Et clamavimus ad Iehovam Deum patrum nostrorum, & audiuit Iehovah vocem nostram, & respexit misericordiam nostram, & laborem nostrum, & oppressionem nostram. v. 7. tum potenter educentem; Et eduxit nos Iehovah ex Aegypto manus forti & brachio extenso, & cum terrore magno & cum signis, & cum prodigiis; tum in terram promissam introducentem; Et introduxit nos ad locum hunc, & dedit nobis terram hanc terram fluentem lacte & melle. Fides autem non in istac tantum confessione sese exerebat: sed & de futuris secura adorabat Dominum, & latabantur in omnibus iis bonis, quæ Dominus unicuique patrifamilias, cum universa domo & Levitis dederat; non dubitans, sanctificata esse omnia per oblatas primitias, & per benedictionem divinam in suum cessura emolumentum. Et V. his omnibus gaudebant, tum Israelitæ cum suis domesticis, tum peregrini quoque & prolelyti Justitiae, si maximè per nullum parentem populum Israeliticum sanguine attingerent. VI. Hoc quoque intersimilitudines typicas non omittendum fuerit, quod quanquam primitiae primitiarum destinabantur & separabantur, antequam de fructibus terra quicquam perciperetur: factum nihilominus sit ab iis, qui ab Hierosolymis remotores aberant, ut separatas Hierosolymam deportare non possent, sed arefacerent, & suo tempore deportarent. Intervim nihilominus fructibus reliquis fruerentur, satis sanctificatis per primitias separatas: rarius tamen hoc fuit, & plerumque oblatio primitiarum perceptionem fructuum terra praecedebat. Haec præcipue saltē sunt similitudines typicas.

& ad Christum genitum principem applicandæ sunt. In hoc i. primitias primitiarum ralius applicantur. habemus: post eum sequuntur primi fructus, & secundi. Secundi fructus sunt universum genus humanum, & quo Salvator carnem & sanguinem, corpus & animam, hoc est, integrum humanam naturam assumit. Primi fructus sunt, qui ex humano genere prærogativam habent, h. e. Ecclesia Dei. Sicut namque Salvator genus humanum remotè, ita Ecclesiam proximè attingit,

in qua etiam natus & educatus est. Hinc videmus Ecclesiam quo-
Iacob. 1. v. 18. que vocari in Novo Testamento ἀπόκρινται, primitias, Jacob. 1. v. 18.
Volens regeneravit nos sermone veritatis, εἰς τὸ Εἴραν ἀπόκρινται πίστη
autem

D.

Iamē nō quādā, ut essemus nos primitiæ quedam creaturarum illius. A-
poc. XIV. v. 4. Hi sunt qui sequuntur agnūm, quocunq; vadit: hi sunt
empi ab hominibus, à παρχήν τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀριῷ primitiæ Deo & agno.
huc quoque commode refertur, quod Rom. XVI. v. 5. Epænetus,
& I. Cor. XV. v. 15. familia Stephanæ à παρχήν τῆς ἀχαΐας, primitiæ
Achaja appellantur, εἰς χειρόν, in Christum, ut priori loco additur,
hoc est, ratione conversionis ad Christum, quum reliqui nondum
conversi essent. Quin & illud huc pertinet, quod, Rom. XI. v. 16.
εἰ δὲ ἀπαρχὴν ἀγίαν τὸ φυεῖσθαι; si primitiæ sanctæ & massa. Ubi
primitiæ sunt patriarchæ fideles, maximè Abraham; massa, posteri
nondum conversi, & extra Ecclesiam constituti. II. Primitiæ
primitiarum Christus ita est, ut fructus tam primi quam secundi, in
domum importati, & in usum translati sanctificantur. Nam Chri-
stus est, qui sanctificat Ecclesiam suam mundans lavauro aquæ in verbo,
ut sisstat illam sibi ipsi gloriosam, non habentem nevum aut maculum, aut
quicquam ejusmodi, sed sit sancta & irreprehensibilis Ephes. V. v. 26.
27. quomodo & απαρχήν, primitias facit Deo & agno, hoc est, sibi
Apoc. XIV. v. 4. sed & totum mundum sanctificat, modo siant
fructus secundi, qui primitias Ecclesiæ sequantur, h.e. Ecclesiæ se-
le adjungant. Non enim vult Deus ullos perire, sed omnes ad pœnitenti-
tiam pervenire. 2. Petr. III. v. 9. Christus III. primitiæ primitia-
rum est, quas Deus Pater nobis dedit, & quem pater nobis fecit
sanctificationem. Non ipsi nos homines pro nostra salute fui-
mus solicii, nec primitias sanctificantes inter nos invenimus: Sed
Deus sic dilexit mundum, ut Filium unigenitum daret. Joh. III. v. 16. Ioh. III. v.
Cælestem itaque originem nostra sanctificatio, habet ex gratiâ 16.
DEi patris: nec nostra sanctificatio, nisi per primitias cœlitus
oriundas, fieri potuit. Primitiæ vero etiam nostræ, hoc est,
quibus nos sanctificaremur, Christus esse non potuit, nisi Deo Pa-
tri offerretur, h.e. Deo Patri satisfaceret pro nobis omnibus. Quem-
admodum primitiæ Veteris Testamenti non poterant sanctificare
reliquorum fructuum usum, nisi in locum omnium Deo offerren-
tur. Nec IV. Christus primitiæ esse potest aeterni sanctificationis,
nisi debito modo DEi Patri sistatur. Et quæ hic perfectior imago
aut typus esse potest, quam oblatio primitiarum Veteris Testamen-
ti? Certè quemadmodum in oblatione primitiarum Veteris Testa-
menti agnoscenda erat, tum pristina miseria, tum gratia Dei è mi-
seria

B

30.

Apoc. xi. v. 4.

Rom. xvi. v. 5.

1. Cor. xv. v. 25.

Rom. xi. v. 26.

2.

Eph. V. v. 26.

27. Apoc. XIV.

v. 4.

2. Petr III. v. 9.

3.

4.

29.

28.

33.

31.

3.

2.

2.

2.

9.

4.

1.

1.

15.

1.

DFG

seria liberans: ut vera fides gratiæ divinæ unicè innitens & cum
 gaudio atq; tranquillitate conscientiæ beneficia divina acceptans,
 iisdem fruens, accedere debebat: ita Christus nemini prodest, nisi
 miseriā suam in verâ contritione agnoscēti, & in verâ fide gratiæ
 Dei in Christo unicè se committenti. Probari istud non debet, quan-
 do Judæi quosdam ad adductionem quidem primitiarum obliga-
 runt, ab eâ tamen, in quâ agnitiō miseriæ, & fides in DEI gratiam
 edebatur publicè coram sacerdote Domini, lectione absolverunt,
 imò excluderunt: ut supra vidimus. Sanè sine istâ lectione non
 poterat ulla primitiarum adductio grata Deo & accepta esse.
 Quod & de primitiis Novi Testamenti verissimum est: quas nemo
 gratae Deo Patri sistere potest, nisi qui peccata sua agnoscit, & Christum
 verâ fide apprehendit. Quisquis sic coram Deo apparet, is
 tum tranquillitate conscientiæ in totâ vitâ latus esse potest. Nec
 referet V. siue Israelita fuerit, siue gentilis; modo in communio-
 nem patrum piorum imitando fidem illorum pervenerit, atque adeo
 Israelita spiritualis factus fuerit. Per placet namque Traditionis
 R. Iehudæ approbata ab Hebreis communiter, quod Abrahamus
 per promissionem Divinam factus sit quoque pater omnium gentium,
 si in fide eum imitentur. Consentit namque hæc traditio
 prorsus cum eo, quod Apostolus ad Roman. iv. docet; Abrahā-
 mum esse patrem omnium credentium, non tantum ex circumcisio-
 ne sed & ex præputio. Et cum juxta ejusdem Judæ receptam
 Traditionem primitiæ etiam ad peregrinos seu profelytos pertine-
 ant, si maximè ex neutro parente sanguine Israelitas attingant: Et
 ita quidem, ut non offerant tantum, sed & legant seu recitent verba
 Legis super primitiis: utique gentiles, modo fide spirituali Israëli
 inserviantur, à primitiis Novi Testamenti, Christo, jure nullo ex-
 cludi possunt, quo minus eadem prorsus illorum cum Israëlitis se-
 cundum carnem, creditibus tamen, ratio sit. Tandem VI. se-
 paratio & destinatio in Christo quoque suum locum habet. Nam
 quemadmodum primitiæ Veteris Testamenti destinabantur & se-
 parabantur prius, quam ulli fructus perciperentur, & fieri tamen
 potuit, ut prius fructus per primitias sanctificandi perciperentur,
 quam primitiæ destinate & separate Hierosolymis in templis of-
 ferentur & sacerdotibus cederent: ita revera Christus destinatus &
 separa-

separatus est in mundi Redemptorem prius, quam ullus ex toto humano genere quicquam honorum spiritualium perciperet, aut vitam æternam consequeretur; nihilominus factum est, ut totum humanum genus de bonis spiritualibus à Christo acquirendis fructum caperet & aliquot etiam in vitam æternam transferrentur; quod de Henocho & Eliâ negati non debet,

§. 7. Sed specialius etiam ea, quæ de primitiis annotavimus Veteris Testamenti, ad Christum applicanda sunt, quatenus est, & dicitur ab Apostolo in nostro loco *ἀπερχόμενον κεκτημένον*, *primitiae eorum, qui obdormiverint.* Et, ut ab ultimo I. incipiamus, quod de primitiarum destinatione & separatione diximus; Ex eo decidi poterit disputatio de Resurrectionis tempore; Num ratione temporis Christus sit primitia obdormientium, ita ut nemo mortuorum ad alteram vitam, aeternam scilicet ante ipsum sit resuscitatus? Nam ex destinationis & separationis primitiarum, atque earundem in templum allationis & oblationis discrimine, hoc satis appetet, quod Christus sit maneaque primitæ obdormientium, si maximè probari possit, quosdam ante ipsum ad vitam æternam resuscitatos fusile; modo Christus prius ad hoc destinatus, & separatus fuerit, ut resuscitationem ad vitam æternam illis acquireret. Parilis quoque est ratio resuscitationis ad vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ: quemadmodum namque Christus est primitæ resuscitandorum ad vitam æternam, ita est primitæ ingredientium in vitam æternam. Jam de ingressu in vitam æternam apud orthodoxos constat ex scripturâ ipsâ, quod Henoch & Elias, non tantum animâ, sed corpore etiam, prius in vitam æternam ingressi sint, quam Christus corpore suo in illam ingrederetur; Ut quid ergo non eadem ratione fieri potuerit, ut aliqui ante Christum ad vitam æternam resuscitarentur, ante, inquam, quam ille ad vitam æternam resuscitaretur? Si quis ergo statuerit factum etiam esse reverâ, nihil contra hoc peccaverit, quod Apostolus Christum primitias eorum qui obdormiverint, appellat. Antamen hoc factum sit, hoc est. An reverâ sive unus sive plures ex mortuis ad vitam æternam resuscitatissint, priusquam Christus ex mortuis resurgeret, nunquam moriturus, sed in gloriam suam vitamque æternam ingressurus? de hoc, inquam, questio manet. Pro negativâ, ut ostendimus, non

non militat simpliciter noster locus: sed hac ratione tantum, quod tam latè, quam fieri potest, sumenda sit emphasis primitiarum, nec in angustius coarctanda, nisi sufficientes dentur rationes. Ethoc ultimum adstringi potest amplius per hanc observationem, quod ordinariè primitiæ Veteris Testamenti offerendæ quoque fuerint recentes in templo, atque adeo antequam de reliquis fructibus aliquid perciperetur: Extraordinariè verò & in casu necessitatis, ex remoto sedium ab Hierosolymâ intervallo oriundæ, primitiæ arefactæ, & postquam fructus reliqui percipi ceperunt, allatae & oblatæ sint. Pro eadem negativâ militat locus Apostoli i. Corinth.

**Cor. xv. v.
23.**

ix. 5. ἐπειδὴ τὸν ἴδιον τὸν γαμπρόν, qui libet in suo ordine, ἀπαρχὴν Χριστὸς, primitiæ Christus, επειτα deinde ij qui Christi sunt, in adventu ipsius. Meminit hic Apostolus ejusmodi τὸν γαμπρόν seu ordinis, qui temporis successionem includit, pro subjectâ materiâ. Et confirmatur hoc amplius per επειτα, deinde, postea: imo clarissimè, per, εὐτὸν παρουσίᾳ in adventu ipsius. Certe enim adventus hic Christi in tempore ultimo futurus est, & in oppositione ad alia tempora ponitur. Vult namque Apostolus occurrere iis, de quibus eodem capite recenset, quod docuerint, resurrectionem eorum, qui Christi sunt, jam factam esse, q. d. deinde ij qui Christi sunt, non eodem tempore, quo Christus, nec haec tenuis post ejus resurrectionem, sed nec deinceps prius quam in adventu ejus ultimo. Tempus itaque Pàulus significat, & ratione temporis quoque, non solitus ordinis naturæ & causationis, Christum primo loco ponit; atque adeo Christus etiam ratione temporis primitiæ esse debuit eorum, qui obdormiverint. Pro affirmativa nihilominus, h. e. pro eo, quod ante Christi resurrectionem nonnulli quoq; è mortuis ad vitam æternam resuscitati sint, producuntur Exempla. Moses namque cum Eliâ apparuit Matth. xvii. in transfiguratione Christi. Ubi quemadmodum Elias in proprio corpore adfuerit, ita Moses in proprio corpore, non in assumto apparuisse, quid probabit.

Lue. ix. v. 30. Ius? Et confirmatur, quia Lucas cap. IX. v. 30. dicit: καὶ οἱ δύο δέρες θύον, Et Ecce viri duo colloquebantur cum ipso, qui erant Moses & E-

D. Huanius. Ius. En! vir erat Moses, sicut Elias. Hinc B. D. Hannius noster ad Matt. xvii. ita de Mose post alia annotat: qui (Moses) etsi reliquorum hominum more satis concederet, tamen singulari privilegio non homi-

30.

29.

28.

33.

31.

2

3.

2

2

2

9.

4.

10.

1.

15.

1.

13.

hominum manibus, sed a Deo sepultus est, ne postmodum ut ex praesente
 hac historiâ (transfigurationis Christi) liquet, ad eternam vitam re-
 suscitatus, frustra indignante & super ipsius corpore adversus principem
 Angelorum Michaelem altercante Satana; quo corpore suo incorruptibili,
 in hoc actu transcaelstis, clarificationis Christi consciendum sepe pre-
 buit, cum quidem sola anima, invisibilis quippe, sine resuscitato corpore
 oculis Apostolorum videri neutquam potuisse. Ita D. Polycarpus Lyseus D. Lyserus,
 rus Harmon. Evangel. cap. 87. Moysis, inquit, corpus Deus ipse sepe
 liisse dicitur, ut sepulchrum ejus nemo cognoverit. Deuteron. 34. vers. 6.
 sed quia Iudas in sua Epistola versicul. 9. Michaelem Archangelum cum
 Diabolo de corpore Mosis altercatum esse, asserit; ideo plerique inde colligunt,
 Mosis corpus de sepulchro etiam sublatum, & in caeleste gaudium
 translatum fuisse. Quod a DEO, Chrysost. & alijs ideo factum existimant,
 ut ne a Iudeis superstitioni plus nimio addictis, idololatricus cultus ipsi ex-
 hiberetur. Ita Lyserus. Etiam D.D. Brentius noster rem putat esse per D. Brentius.
 spicuam. Moses, inquit in Matth. xvi. p. 2. p. 2. fuit legislator, & con-
 cionatus est, cum adhuc vitam in terris agerer, de Christo: postquam autem
 mortuus esset, non est inventum sepulchrum ejus. Ex quo perspicu-
 um est, quod sit una cum corpore in calum translatus. D. Gerhardus D. Gerhard.
 Harm. Passionis cap. XIX. videtur eos quoque sub Vet. Test. ad
 vitam haec mortalem resuscitati fuerint addere. Cum, ait, in V.
 Testamento quidam a mortuis resuscitat fierint, ideo non tam respectu
 temporis quam efficacie & virtutis Christus dicitur primogenitus ac pri-
 mitiae resurrectionis. Jam vero mortuos, qui Matth. XXVII. v. 52. Matth. xxvii.
 53. dicuntur apertis sub mortem Christi sepulchris resurrexisse; Sy- v. 52. 53.
 rus interpres existimat ante resurrectionem Christi resurrexisse.
 Pro quo allegari posset tum nomen εγερος resuscitatio; tum nexus
 cum antecedentibus; tum typus. V. Testamenti. Nam, primo,
 nomen εγερος eiusmodi verbale est, quod actionem denotat, & qui-
 dem transeunte non immanentem; cum a verbo activo descendat, ut quod v. 53. dicitur, καὶ ἐξελθόντες ἐκτὸν μυμελον μετά τὴν
 εγερον αὐτούς. Et egressi ē monumentis post resuscitationem ejus. h. e. quā
 ille moriens eos resuscitavit. Jam, secundō, hæc εγερος videtur
 referri ad id, quod v. 52. præcessit, οὐ πολλὰ σώματα τῶν νεκρομυμέ-
 νων εζίσων, μηδέποτε, & multa corpora dormientium resuscitata sunt,
 sc. απ' αὐτοῦ ab illo, Christo moriente. Quomodo nexus hic erit,
 B. 3. quod?

quod multa corpora dormientium resuscitata sunt à Christo, & post resuscitationem hanc, quā ab illo resuscitata sunt, egressi sunt resuscitati è sepulchris suis, ingressique in urbem sanctam, & apparuerint multis. Typus, Tertio, in V. Testamento videtur esse typus, huc pertinens, Prophetæ Elise, qui, ut Syracides benè loquitur, post mortem suam prophetavit, & miraculum fecit resuscitato ex contactu ossium mortui homine mortuo in typum rei futuræ propheticum seu prædicentem, quod Messias moriens seu mortuus jam, & nondum ex mortuis resuscitatus, resuscitaturus tamen esset mortuos. Omnino enim typus antitypo elegantius respondet, si mortuus propheta & nondum resuscitatus respondeat Christo mortuo & nondum resuscitato. Quemadmodum in hâc circumstantiâ quoque, licet tantum circumstantia sit, tamen analogia est, quod sicut Elisa mortuus vicinum & proximum sibi mortuum (olla namque ejus tangebat) resuscitavit; sic Christus mortuus vicinos sibi sanctos resuscitavit tantum, tanquam qui præsentis mortis satisfactoriae clarius testimonium, non autem remotos, si maximè sanctiores fuissent, adeò ut ne Davidis quidem, qui tam illustrem de Messiâ promissionem nactus est, sepulchrum

Act. II. v. 29, sit apertum, aut corpus ejus resuscitatum. Petrus namque Act. II. v. 29. Davidis, tanquam adhuc mortui, & sepulchri ejus, tanquam adhuc illæsi, meminisse potuit. Habet verò etiam utraque, hoc est tamen affirmativa, quām negativa suas exceptiones, quas verò prolixius adferre opus non est. Ad decidendam quæstionem verò quid dicendum: Hoc dicimus; Neutram sententiam lädere titulum Christi, quo primitiæ obdormientium appellatur. Nam suprà annotavimus, quod primitiæ destinari quidem, & separati debuerint, antequam quicquam fructuum percipieretur è terræ nascentibus; oblationem autem in templo differri potuisse. Et licet hoc extraordinarium & ex quâdam necessitate, quam locorum distantia pepererit, oriundum dixerimus; attamen res nobis salva erit & integra. Nam sive solum Mosen, sive alios quoque ante Christi resurrectionem resurrexisse dixeris; hoc certè extraordinarium quid fuit; inter eos verò, qui ordinario modo resurgunt, nemo ante Christi resurrectionem resurrexit. Quod si stante hâc sententiâ de mortuorum ante Christum resurrectione,

quot-

Quotquot etiam fuerint, nihilominus Christus manet primitiae obdormientium: quanto magis titulo isto honorandus erit, si nemo sive ordinariè sive extraordinariè ante Christum resurrexit? Ita cum se res habeat, neutri sententiæ nos dicam scribimus, modò (quod Nostrates semper faciunt) concedatur vel supponatur, quod Christus destinatus & segregatus ad primitias resurrectionis, hoc est, ut esset primitia obdormientium, autof sit & causa omnis resurrectionis ad vitam æternam, tum ordinariæ tum extraordinariæ. His nunc contenti neutrā sententiam operiosius discutimus, sed circa titulum Christi hoc primum tenemus, quod dicatur primitiae obdormientium ratione temporis ordinarij: quicquid etiam casibus extraordinariis fiat, sive dentur ejusmodi aliqui, sive non dentur.

§. 8. Et II. hoc secundum erit, idemque præcipuum, quod, ut paulo ante jam indicatum, autor & causa est Christus omnis resurrectionis ad vitam æternam. Per primitias fructuum terræ sanctificatae sunt omnes fructuum reliquiæ adlicitum in domibus & passim usum. Qui usus licitus cum benedictione divinâ accipiendo est. Qui namque primitias suas ritè DEō offerebant, in reliquorum fructuum usu benedictionem divinam expectare poterant. Sic itaque Christus primitiae est obdormientium, ut horum quoque resurrectio sit benedicta: hoc est, ad vitam æternam. Ipsa vero Christi resurrectio necessaria erat, ut nos habere possemus resurrectionem ad vitam æternam. Nam si Christus non resurrexerit, vana est prædicatio nostra & fides nostra. I. Cor. xv. v. 14. Hinc & A. postolus in nostris verbis, Christus, ait, primitiae obdormientium exēreto factus est, consummativè: ut quod de passionē suâ in cruce exal-
mavit Dominus, consummatum est, de resurrectione repeti possit, consummatum est, jam consummatas primitias obdormientium Rom. IV. v. ult. Rom. IV. v. ult. Christum resuscitatum esse, dicit in quoque vnu iūmō, propter iustitiam nostram. Primitiae nimirū obdormientium factus est Christus, ut obdormientes in Justitiâ resurgent; quemadmodum ille ob iustitiam, quâ plenè pro nobis satisfactum, in morte detineri non potuit. Ergone Christum primitias tantum dicemus obdormientium & resurgentium in Justitiâ ad vitam æternam? Nonne Aposto-

Apostolus noster dicit vers. 21. 22. quandoquidem enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum: quemadmodum enim in Adamo omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes viviscabuntur?

D. Balduin⁹ Quæstio est, quæ exercevit Theologos vid. D. Balduin. in i. Cor. xv. Nos sanè hoc ante omnia concedimus, immēritò accusari negatæ universalitatis meriti Christi, quotquot eo, quod D. Baldwinus & alij Nostratiū, modo negant, impios virtute meriti Christi resurgere. Interim, non, ut Nostratiū litem ullam moveamus, sed ut amplitudini verborum textus nostri tantum quantum possumus largiamur; putamus annotandum esse aliquod discrimen typi & Antitypi, hoc est, primitiarum Veteris Testamenti & Christi. Primitiae Veteris Testamenti sanctificabant, non suā tamen virtute, utpote elementa nimis infirma, sed acceptatione divinā respiciente ad primitiarum Antitypum, Christum, in quo non infirmitas est, sed plena virtus & potentia. Christus itaque factus est primitiæ obdormientium, ut omnibus mereretur, resurrectionem in Justitiā, & eandem quoque daret. Hinc est, quod Iudex omnium factus est, Act. XVII v. 31. Et ut Iudex est omnium etiam impiorum: ita viviscabuntur ab illo, seu faciet, ut resurgent omnes, etiam impii. Hoc imò officium vivificandi & judicandi omnes, etiam impios, non haberet, nisi mortuus esset, & resurrexisset propter omnium etiam impiorum Justitiā. Huc si pertinere etiam videtur, quod Apostolus non dicat, resurgent ad vitam æternam, aut, salvabuntur, sed ζωνθάσιοι, viviscabuntur, quod in pios & impios cadant per nos quidem licebit. Verumque hinc esse potest, & falsum, quod impii vi meriti Christi resurrecti sint; sed diverso sensu. Verum est, quod vi meriti Christi viviscentur impii & resurgent vivificatore & resuscitatore Christo: nisi enim Christus pro ipsis quoque meritum suum præstisset, non factus fuisset ipsorum vivificator & resuscitator. Jam quia pro omnibus, etiam impiis, meritum suum præstitit, factus est vivificator & resuscitator omnium, ut omnes judicentur, non quatenus in Adamo simpliciter perierunt, sed quatenus Christum cum merito ipsis apprehenderunt vel repudiarunt. Sed hunc sensum nimis durum esse, quilibet videt: & adhuc durius applicatur idem sensus alteri locutioni, quod resurrectio impiorum sit fructus meritorum & resurrectionis

Act. XVII. v. 31

retri
refor
fens
num
bus
ca

pe
m
d
n
re
m
ad
im
vita
val
ip
res
rat
&

T
a
E
c
&
u
ip
to
g
et
N
ap
tri

texionis Christi. Falsum est, Christi merito omnes etiam impio's resurgere, si resurrectionem sic sumas, quasi resurrecti non fuissent, si Christus non præstisset pro ipsis meritum suum. Sanè enim resurgerent omnes homines & judicarentur, si maximè Christus nunquam venisset. Ita in hoc resurrectionis negotio, & indicata quæstione media incedetur via.

§. 9. Apparet autem III. in primis in hoc resurrectionis opere, quam nihil ex nobis sumus, sed omnia ex gratia DEi Patris & merito Iesu Christi: sicut primitæ sanctificabant omnes fructus, nec fructus seipso's sanctificabant. Si quid homines mererentur, & merito suo consequerentur, utique foret resurrectione mortuorum ad vitam æternam. Nam omne meritum hominis in morte ipsius completum foret, & nunquam perfectius; adeo, ut si unquam quicquam consequi meritum hominis posset, in morte plurimum valeret ad consequendam resurrectionem ad vitam æternam. Atqui in resurrectionis negotio nihil quicquam valet. Nam Christus primitæ factus est obdormientium, & per ipsumiusque meritum sanctificantur omnes in ipso obdormientes, ut in suo ordine ad gloriam & vitam æternam resurgent. Notatu in super dignum, quod Paulus in tam operosa de resurrectione & gloria disputatione nullius meriti humani meminerit.

§. 10. Nihil itaque est, IV. quo ad gloriosam vitæ æternæ resurrectionem perveniantur, nisi illa fides in primitiatum Veteris Testamenti Antitypum, Christum, quâ ad hunc usque respiciente antitypum typus primitiarum Veteris Testamenti DEo sistebatur. Et hic modus, quo primitæ Veteris Testimenti exhibitæ sunt, consideretur. Sumebantur primitæ jam destinatæ & separatæ; & ad DEum Hierosolymas cum illis pergebatur. Hierosolymam ubi ventum, cum humiliatione sui in templum ibatur, ut etiam ipsis Reges potentes & magnifici calathum primitiarum in humeros suos tollerent, & ad altare Domini portarent. Addebat ingenuam confessionem & laudes Dei, qui ex fœdere cum Patriarchis terram ipsis concessisset, in quâ habitarent, & ex quâ viverent. Non secus primitæ Novi Testamenti, hoc est, Christus verâ fide apprehendendus & sumendus est; cumque eo ad thronum DEi patris veniendum; conficta propria indignitas; & laus omnis Divinæ

C

vinæ

vinæ misericordiæ & merito Christi tribuenda est. Quisquis v.
 hâc ratione ad DEum accedit & primitias Novi Testamenti Chri-
 stum secum afferit; is per gratiam DEi & meritum Christi ad resur-
 rectionem gloriosam & vitam æternam pertingit; sive Judæus fu-
 erit, sive gentilis, modò Parris Abrahami vestigia in fide presserit.
 Precamur itaque, Te, Christe, primitiæ obdormientium, ut,
 in hâc fide ad finem usque perseverantes, eique immorien-
 tes, digni siamus resurgere per te in sorte san-
 ctorum. Amen.



Perexi-

Pereximio Dn. Respondenti meo.

Primitiae Christus, mihi luci, est factus eorum,
Qui, mortis servi, vivere discipiunt.
Imperioque suo ferat cum mors opprimat omnes:
Hic solus mortis deprimit imperium.
Primitias Christum faciamus nos quoque nostras:
Ut vita veniat messis opima dein.

gratul. f.

Sebastianus Schmidt, S. Th. D.
Prof. Ord. & Ecclesiastes.

Præstantissimo Domino Respondenti.

Primitiae Christus, plena est Ecclesia messis.
Primitiae messem promittunt, plenaque messis
Est ex primitiis, quia Christi Spiritus omnes
Implet credentes, plena hinc Ecclesia messis.
Primitiasque Tuas messis copiosa sequetur.

f.

Isaacus Faustius, SS. Theol. D.
& PP. & Ecclesiast.

Præstantissimo Domino Respondenti
Amico suo dilecto.

E Tumuli tenebris emergit nobile Lumen,
Christus, & in cœlo Lux speciosa micat.

C 2

Fac

15.

*Zacigit in pectore tuā, ut dicaris, Amice;
Lucius ex istâ Luce micante micans.*

*gratul. apponit.
Balthasar Bebelius, SS. Theol. D.
& Profess. Publ.*

*Ad Eximium Dominum Respondentem
Amicum dilectissimum.*

Sub modo debet nunquam Lux ullâ recondi,
Sed candelabro imponi, quò quilibet illam
Cernat, & obscuras radii spargantur in ædes.
Sic, qui nomen habes, *Luci*, de luce, latebris.
Egredereis tandem, cathedram conscendis apricam,
Publica vox resonat, clare doctrina refulget.
Gratulor ex animo, vovoque ut luminis hujus
Vis olim afficiat multos, cathedrâque deinde
Fulgeat ex aliâ, Tibi quam' providit *Jöva*.

Gratulabundus scripsit

M. Joh. Georg. Artopæus,
h. t. Diaconus Ecclesie Thomanæ.

Ode Encomiastica

ad

Eruditissimum Dn. TUITURUM.

Caliginosum flamma animi rubens
Honestioris vivere sanguinem
Nescit; tegi vel viliori
Nocte silentis in Orbe Famae.

Qua

Qua Phœbus oras flammiger aureb
Temone signat perpetuas vias;
Virtutis ignes fortioris
Provehit hæc vigor insequendo.
Dicit dierum Cynthius orbitam
Quacunq; fertur; sic sapiens diem
Quacunq; ponitur, reductus:
Unus idemq; duobus ardor.
Perdoce LUCI, Tu pariter caput
Æquasse gaudes stelliferi Ducis:
Quin Cynthiam solet stipare
Aureus ut radius satelles;
Virtus & auro comta scientia
Tanquam satelles temporibus tuis
Adsistit, ac fugit tenebras
Ingenii tumultantis ortum:
CHRISTI tuendo surgere marmore
Primum è squalenti; fortiter Herculeo
Domasse cælestem sequaci
Thisiphonâ genitos triumpho.
Ergo paratus si precibus meis
Rerum potestas annuat arbitra;
Et audiunt si vota cæli,
Mente dabo intimiore votum:
Amice LUCI, vivere lucidam
Lucem queas ut; semper & occidas
In luce: nam qui in luce semper
Occidit; in quoq; luce vivit.

M. Danielis Guilhelmi Mollerii,
Poson-Hungar.

Per

30.

29.

284.

33.

31.

2.

3.

2.

2.

2.

2.

9.

4.

1.

15.

1.

*Per Eximio Domino Respondenti,
Affini suo per dilecto.*

LAUDIS opus, si Martis onus quisquam ausus adire:
Laudis opus, si quemvis onus non terruit orbis,
Ut cœlum mutet, patriâ sed mente retentâ.
Major at hæc laus est, Phœbi certamen adisse:
Major & hæc ; artis loculos quæsisse solerter.
Paucis hinc eloquar : MI LVCI, affinis amande,
Laus & honor debetur uterque Tibi, quia Fata
Annis ante decem duxere sequenter in orbem
Te, Giesam, natum Musis, Auditor ut esses
Impiger assuetæ Sophiae cultorque Stagiræ.
Argentoratum taceam, cui notus Amicus?
Cuī tua cuncta debes, quæ scis divina, proinde
Doctus & auditus cathedrâ de tempore quovis.
Publicè & hoc factum nuper sub Præside Bebel,
Bebel, Theiologus Doctor qui, qui Polihistor
Gestarum sanctæ, rerum dijudicat æquum,
Viribus at magnis, proprio nutuque Cathedram
Nunc imples dictis, quæ vivere corpora dicunt.
Missa sub elumbem tumulum, quia Christus ut author
Primitiæ factus, somnum qui sumere nati.
Ardua materies, fateor, resque ipsa fatetur,
Ceu Labyrinthus & hæc Gentiles nexit egenos.
Haud tamen utilius quicquam, haud jucundius unquam,
Quâm novisse novam post mortis tempora vitam.
Perge tuis semel cœptis : sic itur ad astra :
Scandeque jam cathedralm, pugna, pugnæque resiste :
Non laudem modo, sed laurum capiesve feresve.

*Gratulabundo applausu
sic accinit Affini suo charissimo
Johan-Georgius Kern/
Creilsheim. Francus SS.
Th. Stud.*


F I N I S.


3.

5.

3.

5.





¶(59) H (Cartela de
 nominato Pontifici adscripta, quod epistola dicti
 les ejus asserti, non minus atque ipsa-
 acillabit). Sed & Concilium Gangren-
 anorum hæresin damnavit his verbis:
 ntem, præter sanguinem & idolis im-
 atum, cum religione & fide condemnet,
 bujusmodi perceptionem non habentem,
 etiam in Priscillianistas, ejusdem
 Concilium Toletanum I. & postea
 XXXII. anathema vibravit. Conf. Can. Toletano, &
 Conc. Ancyrr. Can. XIV. Negandum. Bracarense.
 iætam, qua ab animalium carne reli- &c.
 ietur, in ipsam sensim Ecclesiam ad-
 iachis potissimum probatam fuisse.
 itius in horum laudibus commemora-
 bstantiam a carne, & aliis nonnun- Eadem ir-
 riosum enim tum putabatur quam ma- repsu Eccle-
 ridoque pane, ad mensuram sumto, fa- sian & pre-
 epellere. Exempla nolo congerere. fertim Mo-
 vacat, præter alias Socr. L.IV. c. XXIII.
 VI. c. XVII. f. 354. Sozom. L.I. c. XIII.
 XXIX. f. 678. & c. XXIX. f. 680. Evagr.
 onfer etiam, quæ in Decr. Grat.d. Con-
 XXII. ex Fructuoso Episcopo citantur.
 redulitatem meam firmat D. Chemin.
 m. 262. eos Christianorum, qui primi
 usurparunt, exemplar, ut totius vitæ
 iam hujus superstitionis ab Essæis, sive
 onis petiisse. Nec enim id solum.
 L.d. vit. Contempl. f. 696. eos legimus
 , mensam puram a dapibus cruentis,
 s, quæ sanguinem habent, servasse:
 oad alia instituta inter hos & Christia-

H 2

no-

(Cartela de
 Papa.)
 Concilio.
 Gangrense.

3

4

Origo ex
 Therapevitis
 Philonis.